



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

IV. An Prælati Religionum exemptarum dispensare possint in interstitiis
cum suis Religiosis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

CAPUT IV.

An Prælati Religionum ex
ptarum dispensare possint in inter-
stitiis cum Religiosis?

106. *Cur interstitia sint introducta?*

107. *De necessitate & utilitate Ecclesie.*

108. *Solus Episcopus in interstitiis dispense*

109. *Discutitur privilegium Iesuitarum
à servandis interstitiis, aliisque Disciplinæ
Clericalem promoventibus eximens.*

106. **N**E temerè nimis ad sacros
dines convolarerur, ordines
sunt certa quædam interstitia rem
rum, per quæ exercitari possunt fun
ones unius ordinis obtenti, priusqu
ad alium procedatur: relictâ tamen
testate Episcopis eadem remittere
quoad ordinem subdiaconatus qu
ob utilitatem vel necessitatem Eccle
S. C. Trid. ses. 23. c. II. quoad Diaco
tum, juxta Episcopi arbitrium *ibid.*
quoad Presbytereatum denique, *ca*

junctim ob Ecclesiæ necessitatem ac utilitatem, c. 14.

107. Quarum *illa* dicitur apud Canonistas, cum Ecclesia ministris ejusmodi ordinum indiget, nec alii reperiuntur, qui servatâ interstitiorum intercapedine ordinari possint: *Utilitas* vero, cum Ecclesia quidem talibus indiget, alii tamen inveniuntur, qui Servatis interstitiis valeant promoveri.

108. Cum autem Regulares, ex prædictis ab Episcopo loci, ubi degunt, ordinandi sint: ad eundem dispensatio super interstitiis pertinet, quem Proinde Regulares in dimissoriis suis rogare solent, ut propter utilitatem, ac respectivè necessitatem suarum Ecclesiarum cum ordinandis dispensare dignetur, cui superioris attestationi stare tenetur Episcopus in formando judicio suo, quin sequatur, eum hoc modo processurum sine causæ cognitione, utpote quæ etiam ex attestazione legitima, qualem S. Congregatio Concilii declaravit hic esse.

D 3

esse eam, quæ à superioribus Regularibus facta fuerit, potest desumi.

109. Eximunt aliqui Religiosos Societatis JESU ab hoc rigore certo quodam nixos indulto Gregorii XIII. iungentis omnibus Episcopis, ut illi absque ulla functione in susceptis ordinibus, aut observatione interstitiorum aut inquisitione de cantu, officiis, ceremoniis Ecclesiasticis & ad Sacramentum etiam presbyteratus ordines, promovant: eò quòd nim. nulli Ecclesiæ ulli ve certo loco mancipati sint; sed velatores, omni tempore parati, expectantesque diem & horam, quâ vel ad extremas orbis regiones, cum venientibus, emittantur. Verùm aut exorbitans hoc privilegium à Sixto V. in Bulla *contra male promotos* revocatum esse videtur; vel saltem in paucissimis practicabile, cum rarissimi aut propè nulli ultimum professionis votum, eos ad expeditiones prædictas obstringens, an

ordinaem Presbyteratûs jam actu susceptum emittant.

CAPUT V.

An iidem subditis suis sæcularibus concedere possint litteras dimissoriales?

110. *Dimissoria duplicis generis.*

111. *Neutras subditis suis secularibus concedere possunt Superiores Regulares.*

110. **S. C. Trid.** Regulares in ordine **S.** ad suscipiendos ordines Episcopis localibus subjicit quoad examen, de quo infra, & quoad recognitionem Dimissoriarum, quarum data regulariter Spatium bimestre à die ordinationis supputandum, excedere non debet, inserto iisdem testimonio de ordine præcedente jam suscepto. Ubi tamen *Dimissoria* non accipiuntur in proprio sensu, juxta quem dicitur, *eiusdem esse, dare litteras Dimissionis ad suscipiendos ordines, ejus est per se ordinare: sed ita*
 D 4 dun-